

præiudicium iuxta declarationem à Sancta Cardinalium Congregatione latam ad cap. 20. *sess. 24. de reformatione*, ubi eam refert Farinac. sub *verf. sunt tractande*, ad quod etiam allegat Paz in *praxi tom. 2. præludio ultimo, num. 18.* allegat etiam Marfillam *lib. 4. tit. 5. cap. 6. littera S. & in dist. cap. 10. num. 4.*

19 Idem etiam f. Joannes Maria Novarius in *no- niuris Pontific. præiudicium conclus. cap. de cau- sis prima instantie, &c. conclus. 1. aliàs 54. num. 6. fol. 141.* ubi per eandem declarationem Congre- gationis relata à Gratiano ubi proximè *dist. capitul. 837.* (licet ille mendose eum allegat *cap. 836.*) dicit, & quidem singulariter, aliam rationem assignari non posse huic conclusioni, nisi quia hic labor fuit inducitur tam respectu Ordinarij loci, quam partium litigantium, & quod regula ut quilibet renunciare possit fauor lo- quod, intelligatur, f. si privilegium concernat fa- uorem renuntiantis dumtaxat, ac fecus quando simul in fauorem aliorum, & sic si fauor sit communis, sublata sit facultas renuntiandi, ex ab eo latius traditis in *praxi election. fori. g. 7. à n. 1.4. sèl. 3.* in prima impressione Neapol.

21 Qui quidem Novarius rectè inde f. argumen- tatur à contrario sensu; quod si accedat solus partis consensus, & deficiat Ordinarij voluntas, similiter causa in prima instantia extra locum à Concil. Tridentin. destinata minimè poterit committi.

22 Que argumentatio legitima f. & iure con- stans est, tum ex declarationibus Sanctæ Con- gregationis Cardinalium hæcenus adductis; tum etiam, quoniam quando privilegium est complicatum inter duos, aut plures, vnus renuntiatio nihil operatur, cum redundet in præiudicium cæterorum, Iulius Clarus *5. final. quest. 42.* Iacobus Caneceus *variæ resolutionum. lib. 2. capitul. 2. de iurisdictione, num. 194.* Marius Giurba *consil. 95. num. 13.*

Vndè absque Superioris (qui ex fauore sub- ditum participat) consensu, f. non valet illo- rum sola renuntiatio, Romanus *consil. 369. n. 18.* Cardinal. *consil. 38. ad fin. Afflicti decif. 173.* Gratianus *decif. 78. num. 50.* Ioann. Baptista Co- sta de scientia & ignorant. *centur. 2. distict. 66. num. 5.* Ronitus *præf. 2. de iurisdictione. inuito non turband. num. 25.* Didacus Perez in *l. 2. tit. 1. lib. 3. ordinament. Castrenf. consil. 431. num. 3. in prin- cip.* Andreas Gaillus *obseruat. 40. num. 3. lib. 1.* Cardinal. Tuschus *littera C. conclus. 1027. n. 3.* Marius Giurba *consil. 95. num. 13. & seqq.* Cane- dus *Canonic. quest. 12. num. 8. 9. & 10.* Rota *decif. 12. num. 8. part. 2.*

Et quia quando iura duorum sunt compli- cata, f. ita ut in vnum facta executio oriatur 24 damnus & præiudicium iuri alterius sic com- plicato & coniuncto; ut respectu omnium tam renuntiantis, aut condemnati, quam alterius, qui nec renunciauit, nec consentit, nec con- demnatus fuit, executio suspendatur in totum, latissime post plurimos Doctores, & Rotæ deci- siones, necnon mirabilia iura tractauimus supra 1. *part. cap. 13. à num. 25. & sequentib. vers. 5. & pro hac parte.*

Necnon quando ex privilegio subditorum 25 exoritur fauor communis cum superiore, f. vel alto, ut omnino ad validam renuntiationem re- quiratur consensus, consensus omnium partici- pantium fauorem. Ac etiã generaliter, quod

renuntiatio vnus f. nequeat fieri in præiudicium 26 iuris quæ sit alterius, & de pluribus aliis mi- rabilibus doctis, quæ omnino huic, de qua in hoc cap. mitè conueniunt, abundè tractauimus in dicto *cap. 13. à num. 16. cum multis seqq. vsque ad fin. & ferè per totum, 1. part. vers. Quibus tamen & aliis, &c.* Quò tē libenter re- mitto.

Ex quibus manifestè sequitur, f. quòd cum 27 dispositio Concilij Tridentini, in *dist. cap. 20. sèf. 24. de reformat.* nec cesset ex solo consensu partium, nec ex solo consensu Episcopi Ordinarij, poterit licet Senatui Regali vi in pro- tectione impartienda eiusdem Trid. decreti, re- mittendo huiusmodi causas eidem Ordinario, ut coram ipso tractentur, partium sumptibus im- moderatis & incommòditatibus consulendo, & inuiolabili Tridentini obseruationi & comple- mento auxilium suum præstando.

CAPVT IV.

Regaliã protectionis an Rex vi possit, non solum ubi percutitur prima instan- tia Episcoporum; sed etiam Ab- barum, aliorumque Prælatorum in- feriorum ordinariam iurisdictionem legitimè habentium.

SVMMARIVM.

Sub decreto Trident. cap. 20. præseruante primam Ordinarij instantiam, an comprehendantur Prælati inferiores Episcopo, ordinariam etiam iurisdictionem habentes, num. 1. & seqq.

Præseruata non esse in Trident. primam instan- tiam Ordinarij inferioris Episcopo, qui tene- rint, num. 2.

Præiudicium Regaliã vi nequit Rex super non con- tentis & comprehensis in decretis Concilij Tri- dentini, num. 3.

Causa criminales, & matrimoniales nequeunt tra- ctari coram Decano, aut alio Prælate inferiori iurisdictionem habentibus, num. 4.

Prælatos inferiores Episcopo habentes iurisdictionem ordinariam comprehendit sub Decreto Tri- dent. in cap. causa omnes, veriorum opinionem fundat, & amplectitur Author, num. 5.

Ratio finalis Concilij in cap. causa omnes militat in litigantibus cuiuslibet iurisdictionis ordinariæ sub- iectis, num. 6.

Verba generalia dispositionis restringuntur ad ratio- nem, & causam eiusdem, num. 7.

Tridentin. in cap. causa omnes loquitur generaliter de Ordinariis, sub cuius verbis omnes indistin- ctè iurisdictionem ordinariam habentes compre- henduntur, num. 8.

Verba legis intelliguntur simpliciter, non secundum quid, nec sub aliquo supposito, num. 9.

Trident. in cap. causa omnes non petit quatuordecim exemptionis in Prælate, ideo nec suppledam, num. 10.

Ordinarij appellatione venit etiam quilibet Præla- tus inferior Episcopo Ordinariam habens iurisdictionem, num. 11.

Ordinarij facta mentio in Decreto aliquo (nisi sub- iecta materia aliud possit) includuntur inferio- res ordinariam iurisdictionem habentes, n. 12.

Ordinario

Ordinario commisso directæ, etiam Ordinario inferio- ri directæ intelligitur, num. 13.

Abbatē etiam non exempti habentes iurisdictionem ordinariam non obstante Trid. Decreto, hodie suã vi valent iurisdictione, n. 14.

Obseruatio Flaminij Parisij referunt, ut Ordinarij appellatione, etiam inferiores Ordinarij compre- hendantur, n. 15. & seqq. Quem Barbosa citat pro contraria opinione.

Ordinarij appellatione non solum Episcopi compre- hendi intelliguntur, num. 17.

Concilium Tridentin. ubi aliquid Ordinario remit- tit explicandam, aut exequendum, omnes iurisdictionem ordinariam habentes possunt exequi Decreta Concilij vbi plurima de hoc conueniunt, num. 18.

Canones posteriores recipiunt passiuam interpreta- tionem à iure communi, num. 19.

Sub Trident. iniungente Ordinariis uisitationem Ecclesiarum etiam exemptarum comprehenditur Ordinarij inferior habens quasi Episcopalia iura, num. 20.

Trident. permittit Ordinario remittere denuntia- tiones ad matrimonium, procedit in Ordinario habente quasi Episcopalem iurisdictionem, n. 21. & num. 22.

Ordinarij appellatione in materia collationis inferior Prælati habens conferendi ius venit, n. 23.

Ordinarij appellatione venit Prior S. Ioannis Hierosolymitani, num. 24.

Capitulum Sede vacante succedens in iurisdictione ordinariæ, etiam voluntaria comprehenditur in Decreto de Ordinario loquentibus, n. 25.

Capituli Sede vacante prima instantia præseruata intelligitur à Concil. Trid. n. 26.

Vicarius Episcopi appellatione Ordinarij compre- henditur, num. 27.

Ad Ordinarij inferioris comprehensionem in dispo- sitione de Ordinariis simpliciter loquente elegans Rota decisio referunt ad litteram, à n. 28.

Archidiaconus habens ex re iudicata iurisdictionem Ecclesiasticam in suo districtu venit appella- tione Ordinarij in materia adaptabili, n. 29.

Tridene. in cap. 20. §. ad hæc, referens Episcopi causis matrimoniales, & criminales, non procedit in inferiore obineme rem iudicatam, aut verificante immemorialis, num. 30.

Immemorialis (ex qua Archidiaconus pretendit iurisdictionem in matrimonialibus, aut crimi- nialibus) dum per tres conformes probatur; Episcopus vniur iurisdictione in illis, num. 31.

Prælati inferior probata per executoriales sua iurisdictione ordinariæ venit appellatione Ordinarij, num. 32.

Dispensationes committuntur Ordinariis ex De- creto Trid. num. 33.

Archidiaconus habens iurisdictionem ordinariam venit in materia adaptabili appellatione Ordinarj, & Diocesani, num. 34.

Dispensationes matrimoniales committuntur infe- rioribus ordinariis habentibus quasi Episcopalem iurisdictionem, num. 35.

Prælati locus exemptus à iurisdictione Episcopi, non ideo desinit esse de Diocesi, & in Diocesi Episcopi, num. 36.

Commisso de dispensando, ubi nullus adest cen- traridictor, non recipit iudicium contentiosum, sed extraiudiciale cognitionem, n. 37.

Sententia nesci præscriptione non inuat ultra præ- scriptum, num. 38.

Prælati inferior probati præscriptionem exequendi dispensationes matrimoniales, in illis etiam veniunt Ordinarij appellatione, num. 39.

Resoluitur ex cap. 20. Trident. præseruata esse etiam primam instantiam inferiori Ordinarij iurisdictionem habentis, num. 40.

Agitur ex actè de exornatione Concil. Trid. in c. 20. §. ad hæc, referentis solo iudicio Episcopi causas criminales, & matrimoniales, num. 41. & seqq.

Iurisdictione in criminalibus, & matrimonialibus non est sublata ab Archidiaconis, &c. Per Trid. oblati, sed permissa ex immemoriali probata per tres conformes, num. 42.

Quasi possessio immemorialis super iurisdictione in matrimonialibus probanda erit coram Episcopo, qui interim illam exerceat ex declarationibus S. Congregationis, num. 43. & seqq.

Inferiores Episcopi non prohibentur exercere iurisdictionem in matrimonialibus, & criminalibus, post probatam immemoriam per tres conformes, num. 44.

Ante probatam immemoriam huiusmodi Episcopus intra cuius Diocesim Prælati existit, exercet iurisdictionem in criminalibus, & matrimo- nialibus præsentem ex S. Congreg. num. 45. & num. 46. & 48.

Probatam tamen debet immemorialis per tres conformes, num. 47.

Declarationes S. Congregationis referuntur, quibus expresse dicitur; inuolantiam Ordinarij præseruata in cap. causa omnes, intelligi etiam Decani, Archidiaconi, & aliorum inferiori ordinariam habentis iurisdictionem ex immemoria- li, num. 49.

Doctores plures referuntur, qui de prædictis decla- rationibus S. Congregationis testantur, n. 50.

Declarationes præfate sæpius canonizantur Rota, num. 51.


Iurisdictione ab inferiori quæ sita per immemoriam, aut privilegium, est verè ordinaria comprehensa in Trid. c. 20. in principio conservante primam Ordinarij instantiam, qui tenent, n. 52.

Manuteneri quando debet, vel non Episcopus in iurisdictione præfata per Archidiaconos, aut Decanos aliumve sibi inferiorè, n. 53. remissive.

Primam instantiam Ordinarij inferioris verè con- tentam in prima parte cap. causa omnes Trid. debet Rex protegere, num. 54.

Prælati inferior habent iurisdictionem super ipsius Ecclesiæ Collegiata, aut Collegio, non compre- henditur in cap. causa omnes, præseruante pri- mam instantiam Ordinarij, quia iste talis non est, num. 55.

Adducitur ad idem declaratio S. Congregationis Cardinalium, ibid.

 Vn saluberrimo illo sancto Con- cilij Trident. f. Decreto 20. sèf. 34. de reformat. cuius (sicuti cætero- rum protectio commendata est Regibus & Principibus Chri- stianis) præferuatam reperitur primam Ordinariam instantiam, in omnibus causis ad forum Ecclesiasticum vniuersaliter quomodo- libet pertinentibus, ibi: In prima instan- tia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognos- catur: vile iudicium, difficultatem illata ab- soluere, ortam ex aliquorum Doctorem non contemnenda authoritatis opinione? An sub hoc

T hoc

hoc Decreto intelligantur dumtaxat Episcopi, & alij exempti Prælati quasi Episcopalem iurisdictionem habentes: non tamen alij inferiores quantumvis iurisdictionem ordinariam habere dignoscantur.

Et partem negativam in his individualibus 2 terminis tenet Augustinus Barbosa in Pastoralibus, seu tractatu de potestate Episcopi, tom. 2. allegat. 81. num. 4. dum intrepidè affirmat, quod Tridentini Decretum 20. attribuens Ordinariis locotum in prima instantia cognitionem causarum ad forum Ecclesiasticum pertinentium, de Episcopis, & de Prælati exemptis Episcopalem iurisdictionem habentibus, dumtaxat statuit, & decrevit, non autem de Prælati inferioribus, qui subsunt Episcopis, allegat pro sua opinione Fratrem Manualem Rodriguez questionum regularium, tom. 1. quæst. 36. art. 4. Farinac. in praxi crimin. 4. part. decis. 100. Flaminium Parisium de resignation. lib. 3. quæst. 11. num. 19. & num. 22. & proflata contraria parte Novatius in noui iuris Pontific. practic. conclus. tit. seu cap. de causis prima instantia, conclusionem 1. alias 54. num. 2. fol. 140. allegat Manuel Rodriguez, & Flaminium Parisium: Ergo cum Prælati inferiores etiam habentes iurisdictionem ordinariam non comprehendantur in dicto Trident. Decreto, Rex illius acerrimus protector non poterit Regalia vti, etiam prima instantia horum quomodolibet percutiatur.

Et licet ipse Barbosa pro sua opinione nullum adducat fundamentum, & illa tamen viti videtur verbis eiusdem Trident. dicit. cap. 20. quæ sunt: Ad hoc causa matrimonialis, & criminalis non Decani, Archidiaconi aut aliorum inferiorum iudicio, etiam visitando, sed Episcopi tantum examini, & iurisdictioni relinquatur, etiam si in presenti inter Episcopum, & Decanum, seu Archidiaconum, aut alios inferiores super causarum istarum cognitione lis aliqua in quacunque instantia pendat, &c. Quæ quidem Concilij clausula videtur nostram absolute difficultatem, & pro Barbosa opinione clare disponere.

Quibus tamen, & aliis non obstantibus contrariam opinionem & verissimam, & intrepidè tenendam euidenti bus iuris medijs, expressis Rotæ Romanae decisionibus, & apertis Sacre Cardinalium declarationibus comprobabo, vt omnes Prælati etiam subditi Episcopo, iurisdictionem ordinariam tamen habentes sub dicto Trident. Decreto intelligantur comprehenssi, ita vt indistinctè prima eorum instantia præseruata censetur in illis casibus, in quibus legitime iurisdictionem habere, & exercere assolent: ad quod moueor.

Primo, quoniam dictum Decretum non solum inductum fuit & in fauorem ordinariæ iurisdictionis; sed etiam in fauorem litigantium, ne cum tanto dispendio, & incommodis cogantur litigare, & trahi extra suas Prouincias, Ciuitates, aut Regna, provt latissimè considerauimus, & valde probauimus expressis clarisque determinationibus Sanctæ Congregationis Cardinalium Concilij Trident. supra in cap. 5. precedenti per totum. Sed hæc ratio militat in litigantium cuiuslibet iurisdictioni subiectis; ergo illos debet comprehendere Concilij dispositio: quia verba generalia dispositionis debent referri, & restitui ad rationem, & causam propter quam fuerunt prolata, l. non est nouum, ff. de le-

gib. l. heres meus, §. 1. de leg. 1. l. si ex pluribus ff. de solut. Abb. in cons. 114. attingendo n. 4. lib. 2. Menoch. cons. 496. n. 54. Tulech. lit. l. concl. 122. n. 44.

Secundo, quoniam dicta Conciliaris institutio generaliter, & vniuersaliter disponit de omnibus locorum Ordinariis non distinguendo inter Ordinarium, & Ordinarium, ibi: In prima instantia coram locorum Ordinariis dumtaxat cognoscantur, ponderatis etiam illis verbis: Ordinarius & locorum, quæ nullam restrictionem demittunt; sed excludunt potius: nam verba legis generalia, generaliter debent intelligi, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, iuxta vulgatissimam axiomata.

Et quia legis verba in dubio debent intelligi simpliciter, & non secundum quid, nec sub aliquo supposito, hoc legatum in fin. de legat. 3. l. 1. §. si quis simpliciter ff. de verb. obligat. R. in cons. 56. in fin. lib. 2. Cardinal. Tulechus tom. 8. lit. V. concl. 92. per rot. Barbosa axiom. 222. num. 29. Ergo verba Concilij dum generaliter disponunt de locorum Ordinariis simpliciter, & absolute de omnibus Prælati & habentibus ordinariam iurisdictionem absoluat, in dubio sunt intelligenda, absque suppositione faciendâ, quod Ordinarij debeant esse exempti; imò exclusâ qualibet qualitate: quia cui conueniunt verba legis, eius etiam dispositio adaptatur ex vulgaribus.

Tertio, quia Ordinarij appellati non solum venit Episcopus, & quicumque superior, sed etiam quilibet alius Prælati inferior Episcopo, habens ordinariam iurisdictionem in materia sibi adaptabili, & proportionabili: ita docent Glossa, verbo, Ordinariorum, per textu ibi: In cap. vt animalium, de constitutionib. lib. 6. & gloss. in verbo, locorum, in cap. Ordinarij, vbi Gemianus num. 5. Franchus num. 3. de officio Ordinarij, lib. 6. Abb. in cap. post cessationem. num. 1. & ibi Felinus num. 1. Decius num. 1. & Missingerius num. 2. de probat. Zauarella in Clement. quia regulare, num. 1. i. versis. Ostano quæres, de supplicanda negligentia Prælatorum, plurimos citat Narbona in l. 59. gloss. 1. à num. 63. lib. 2. tom. 3. Recopil. vbi etiam de Abbate, vbi melius cæteris hoc prosequitur cum aliquibus declarationibus Sanctæ Congregationis, & Chuarri in cap. penult. num. 1. de testamentis, Mandosius cons. 37. num. 19. & 21. Flaminium Parisius de conscientia, quæst. 28. num. 26. Flores de Mena variarum resol. lib. 3. quæst. 24. num. 6. Stephanus Gratianus dispicuat. Forensi. cap. 212. num. 31. & num. 38. Seraphin. decis. 1402. num. 5. Marius Antoninus var. resol. lib. 1. resol. fin. cas. 42. Afcanius Tamburinus in tract. de iure Abbatis. tom. 1. disp. 1. quæst. 4. num. 1. Rota decis. 798. num. 3. apud Farinac. in 1. collectione noui. alias part. 4. diuersorum.

Hinc prouenit, quod quoties in aliquo Decreto mentio fit Ordinarij, nisi subiecta materia aliud poseat; non tantum de Episcopo debet intelligi, sed etiam de omnibus alijs Prælati inferioribus ordinariam iurisdictionem habentibus, quia omnes illi Ordinarij sunt verè & propriè, vt post plurimos alios quos citat, tenet Gutierrez de matrim. cap. 66. num. 14. gloss. dicit. verbo, locorum, vbi Franchus num. 3. Gutierrez questionum Canoniarum, lib. 2. cap. 19. n. 2. §. vers. Nihilominus, Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 3. g. 11. n. 19. & 20. & de conscientia, g. 28. n. 16. August. Barbosa de appellation. verborum

vtinque iuris, appellat. 176. num. 1. & 2. Thomas Sanchez de matrim. lib. 3. disputat. 29. num. 5. Erasimus à Cochler. de iurisdic. ordinaria, in exemptis, 1. part. quæst. 1. num. 9. Afcanius Tamburinus de iure Abbatis. 1. disp. 1. tom. 4. num. 3. qui omnes ex hac ratione pariter affirmant; quod commissio directæ Ordinarij, non tantum Episcopo; sed etiam cuiuslibet inferiori Prælati ordinariam iurisdictionem habenti ipsa commissio directæ intelligitur.

Hinc est, quod in his terminis Concilij Trident. præseruantis primam instantiam Ordinariis, affirmat Ioannes Maria Nouarius in nouo iure, Pontific. practicum, conclus. tit. seu cap. de causis prima instantia, conclusionem 1. alias 54. num. 3. post Nauar. in cons. 9. de priuilegijs, secutum à Sauti decis. 2. de foro competet. Abbates licet non exemptos, & alios inferiores Prælatos, quibus olim, vel aliquo priuilegio Clericorum suæ Ecclesiæ, vel cumulatiuè cum Ordinario, vel priuatiuè cognitio competebat; etiam hodie non obstantè isto Concilij Decreto eadem iurisdictione vti possunt, dicit ex eo, quia Concilium generaliter de iurisdictione ordinariæ sermonem facit, & Abbatum iurisdictiones isto iure, & titulo acquirunt etiam Ordinariæ reputantur.

Quare etiam minabiliter ad nostrum propositum & loquitur Flaminium Parisius de resignatione, benefic. lib. 3. quæst. 11. à num. 19. (pro sua opinione relatus à Barbosa ad princip. huius cap. num. 2. citatus) qui quidem totum in contrarium dicit, in hæc verba: Et sub verbo Ordinarij intelligo omnes habentes iurisdictionem ordinariam, & vt tradit Gemianus in cap. 2. in princip. de constitutionibus, in 6. Siluester, verb. excommunicat. 8. num. 92. Abbas in cap. cum ad Ecclesiæ suam, num. 1. de officio Ordinarij, Bellameta consil. 30. Beroius consil. 24. lib. 1. Decius consil. 121. columna 1. Abb. in cap. vt fama, num. 6. de sententia excommunicat. & sic non solum Episcopi, & sed et alij habentes ordinariam iurisdictionem ad notata in cap. cum Episcopus de Ordinarij, lib. 6. Abbas in cap. conuenerit & in cap. dilectus, eadem tit. sequitur & facit. Ideo vbi concilium remittit explicandum & aliud, & exequendum ab Ordinario, vel eius arbitrio; qui habet iurisdictionem ordinariam, possunt exequi huiusmodi Decreta indistinctè, vt habetur in cap. 1. & cap. 2. sess. 5. & in cap. 2. & 3. sess. 6. & in cap. 6. & 7. & 8. & 15. sess. 7. & in cap. 14. & 5. sess. 14. in cap. 9. session. 21. in cap. 1. 2. 5. & 11. session. 22. & in cap. 18. & 17. session. 23. & in cap. 1. 2. 7. 8. session. 24. de reformation. matrimon. in cap. 4. & 5. session. 25. de reformatione, &c.

Qui quidem Flaminium Parisius & ibidem num. 24. consecutus reddit pro ratione, quia Canones posteriores recipiunt passiuam interpretationem à iure communi, l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad leg. Falcidiam, l. si serui vestri, C. de noxalibus, l. ultima, §. in computatione, C. de iure delibandi, c. cum dilectus, de consuetudine, Bart. in leg. omnes populi, in 3. quæst. 6. principalis, vbi communitur Doctores, ff. de inst. & iure, idem Bart. in dicit. §. lex Falcidia; Cardinal. Paris. in rubr. ff. de operis noui mutatione, n. 76. qui, vt vides, perperam allegatur à Barbosa pro sua opinione, omni iure & fundamento carente, qui nihilominus alibi aliud sensuit, vt statim.

Quibus conuenit, quod dispositio Concilij Trid. & sess. 7. de reformat. cap. 8. dum iniungit locorum Ordinariis, vt Ecclesiis quascunque quomodolibet exemptas auctoritate Apostolicâ singulis annis visitare teneantur; procedere in Prælati inferioribus habentibus iura Episcopalia, vt censet Rota decis. 798. apud Farin. collect. 1. noui. nouiss. alias part. 4. diuers. & in Salmant. iurisdictionis Octobris 1579. cotam Cardinal. Seraphino, quam refert Aloisius Riccius in praxi rerum fore Ecclesiastic. decis. 614. in 1. editione, alias resolut. 538. num. 3. in 2. editione, inferret etiam Decretum Concilij Tridentini, & sessione 24. de reformat. matrimon. cap. 1. ibi: Nisi ordinarius ipse, &c. Itaque non posse Ordinatum ex causa sibi bene visâ, dispensare, vt omittantur denuntiationes, vel aliquam illarum ante & post matrimonij conformationem; procedere in habentibus quasi Episcopalem iurisdictionem, vt affirmant Nauarus consil. 5. de sponsalibus in 1. editione alias consil. 2. tit. de clandestina desponsat. 2. edition. Hentiquez in summa lib. 11. cap. 5. §. 1. Frater Emanuel in summa 1. part. cap. 2. 17. num. 4. Barbof. de potestat. Episcop. part. 2. allegat. 31. num. 30.

Et idiplum in Abbatibus habentibus iurisdictionem & quasi Episcopalem, agnoscunt Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 7. num. 4. Flores de Mena varior. resolution. lib. 3. quæst. 24. num. 26. Saitus in floribus decis. sub tit. de sponsalibus decis. 9. Molinus de ritu nuptiarum lib. 1. differrent. 11. num. 30. Stephanus Gratian. in disceptation. cap. 83. num. 15. Molfesius in summa moralis Theolog. tract. 4. cap. 8. num. 11. & ad Commandatarios Abbates ampliat Ledesma in summa, part. 1. de Sacram. matrim. cap. 6. concl. 7. dab. 1. versis. Si quis et secundus. Gonzalez ad regul. 8. Chanceller. gloss. 5. §. 8. num. 8. Barbosa allegat. 32. num. 32. contra alios se relatos. Ex prædictis Ioannes Gutierrez in tract. de matrim. cap. 66. num. 6. & 7.

Inferret insuper, Ordinarij appellatione & in materia collationis non solum venite Episcopum, sed etiam aliqui inferiori Prælatum, qui conferendi potestatem habet, vt per Rebuffum in concord. tit. de collation. §. præfatio Ordinarij, verbo, Ordinarij collectores. Flaminium Parisius de resignat. lib. 8. quæst. 9. num. 27. Nicolaus Garcia de benefic. 5. part. cap. 4. num. 2. Barbosa de appellation. verbor. vtinque iuris, & c. appellat. 177. num. 4. qui num. 3. dicit Ordinarij appellatione venite & Priorem Sanctæ Ioannis Hierosolymitani, vt censuit Rota decis. 493. num. 5. part. 1. recent.

Hinc etiam fit, vt Capitulum, Sede vacante, & cum succedat in iurisdictione ordinariæ, & etiam voluntaria in omnibus Decretis, & dispositionibus loquentibus de Ordinariis; ipsum etiam comprehendit probant post alios Thomas Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 29. num. 3. & 4. communicum affirmans, quem sequitur Ioannes Gutierrez de matrim. cap. 66. num. 13. & in terminis, vt eiusdem Capituli & Sede vacante præseruata intelligatur prima instantia, ex dicit. cap. 20. Tridentini. probant Aloisius Riccius in practic. aduæ. resolution. 130. & in decis. Curie Archiepisc. Neapolitan. decis. 273. num. 7. part. 4. quem sequitur Barbosa allegat. 81. num. 6. par. Ioann. Mariz Nauaricus in noui iuris Pontificij practicum conclusionem

conclusio. cap. de causis prime instant. conclus. 1. aliis 54. num. 4. Et de Vicario Episcopi, et ut etiam appellatio Ordinarij comprehendatur, ipsi probant Doctores, & latè prosequitur Narbona in l. 59. glossa 1. à num. 51. & sequent. lib. 2. tit. 4. tom. 3. Recopil.

Et pro clario intelligentia huius capituli, & absoluta resolutione contra traditam à Barbosa licebit inferere celeberrimam distinctionem Rotæ, ut per Ioannem Baptistam Gocinum in decis. ab eodem recollect. 346. quæ sic ait: Dubitavi, an Archidiaconus de Viruifca veniat appellatio Ordinarij in causis civilibus, & criminalibus, & matrimonialibus in casu ad effectum, de quo agitur. Qui est, ut videatur, an sit satisfactum clausule (parito iudicatio) cum qua causa restitutionis in integrum fuit commissisa, & Rota censuit Archidiaconum venire appellatio Ordinarij quoad cognitionem dictarum causarum, secus autem, quoad dispensationes matrimoniales, quæ Ordinariis exequendæ committuntur. Et ratio primæ partis decisionis fuit, quia cum per sententias, et rem iudicatam Rotalem constat omnimodam iurisdictionem Ecclesiasticam in omnibus causis, etiam criminalibus, matrimonialibus, & beneficiis spectare ad Archidiaconum privative quoad Episcopum in territorio huius Archidiaconatus, sequitur quod veniat in appellatio Ordinarij in materia adaptabili. Glossa, in verbo, Episcopus, in extravagan. execrabilis, §. qui vero, de prebendis. Geminianus in cap. Ordinarij, num. 5. & ibi Franchus num. 3. de officio Ordinarij, in 6. Felin. & Abbas in cap. post cessionem, num. 1. de probationib. Cardinal. in Clem. 1. §. ad hæc, num. 4. de statu Monachor. Mandosius consil. 37. num. 19. & num. 21. & fuit resolutum de anno 1580. 9. Maij in casu Salmant. iurisdic. nec obstat quod Concil. sess. 24. cap. 20. de reformat. in §. ad hæc, referat cognitionem causarum matrimonialium, et criminalium Episcopo; quia iam censuit Rota coram Illustriss. Mantie. hanc decisionem non obstat Archidiacono, qui habet rem iudicatam, usque de anno 1502. & pluries etiam in Rota fuit resolutum, huiusmodi decretum non tollere immemorabilem, et signanter in causa Tullim. iurisdictionis 22. Martij 1596. coram Illustrissimo Phanphatio. Licet dum cognoscitur super immemoriali, quæ debet terminari per tres sententias conformes, Episcopus debeat cognoscere istas causas, ut censuit congregatio Concilij, & dixit Rota 18. huius mensis & anni in Marcien. iurisdictionis coram R. P. D. meo Mancanedo. Et propterea cum ex alio capite nempe et ex dicta re iudicata de anno 1502. decretum prædictum non obstat Archidiacono, utique absque difficultate debet venire appellatio Ordinarij; cum habeat tres conformes sententias, & rem iudicatam Rotales super canonizatione dictæ rei iudicata de anno 1502. Quoad secundam partem dubij, an veniat appellatio Ordinarij et quoad dispensationes matrimoniales, difficultas consistebat in eo, quia Concilium præcepit, ut dispensationes committantur Ordinariis, ut in cap. 5. sessio. 22. de reformation. matrimon. Et ut dictum est, Archidiaconus veniat appellatio Ordinarij et in materia adaptabili; imò etiam venit appellatio Diocesani, cum agitur de materia non concernente officium, vel dignitatem Epi-

scopi, sed potius iurisdictionem, Felinus in cap. cum olim. num. 1. vers. 1. nisi præferatur, de prescriptionibus, qualis est materia dispensationis, Abb. in cap. at si Clerici. §. de adulteris, num. 13. Felinus num. 1. in 2. limit. de iudiciis. Cæterum contrarium visum fuit Dominis, quia aliis Congregatio Illustrissimorum interpretum Concilij censuit, et tunc dispensationes huiusmodi posse committi inferioribus Ordinariis, quando sunt nullius Diocesis, & habent quasi Episcopalem iurisdictionem, ut dicitur, in causa nullius, della Serena 19. Novembres 1593. coram Illustrissimo Seraphino. Quæ qualitas, quod sit nullius Diocesis non potest verificari in isto Archidiacono, et quia licet habeat territorium exemptum non subiectum iurisdictioni Episcopi, tamen non potest dici quod non sit de Diocesi, & in Diocesi Burgenf. Franchus in cap. statum. num. 10. vers. Nam licet locus exemptus, de constitutionibus.

Addebant aliqui ex Dominis, quod omnimoda et iurisdictione competens Archidiacono per sententiam antiquissimam respicit Ordinariam causarum cognitionem, commissio autem, & mandatum de dispensando, vi nullus est contradictor, non respicit Ordinariam, cognitionem & iudicium contentiosum, cum iudicialiter tunc non procedatur, ad tradita per Felinum in cap. fin. n. 36. de præsumpt. Puteus decis. 144. lib. 2. & in his terminis fuit dictum in causa Mediolanens. matrimon. 27. Iunij 1602. coram Illustriss. D. Card. Melino, & in eadem 29. Novembres eiusdem anni coram Reuer. D. meo Decano. Et propterea cum sententia antiquissimam nitarum præscriptione, et ea non potest iuberi Archidiaconis, quia regula est, tantum præscriptum, quantum possessum, unde necesse esset, quod Archidiaconus probaret præscriptionem exequendi huiusmodi dispensationes, et quarum executio licet spectet ad Ordinariam iurisdictionem Abb. & alij superius allegati: tamen executio non est iurisdictionis Ordinariæ, quia uti Prælati exequitur, non uti Ordinarius, sed uti legatus Apostolicus. Hactenus de hac decisione.

Ex quibus omnibus manifestè monstratur, verissimam esse hanc opinionem et indubitabilem nempe in hoc Decreto præferente primam instantiam Ordinariis locorum, comprehendendi omnes Prælatos inferiores Decanos, Archidiaconos, & Abbates, necnon alios, qui Ordinariam iurisdictionem, vel ex privilegio, vel immemoriali consuetudine, aut ex re iudicata illam habent, siue cumulativè quoad Episcopum, siue privativè; & Barbosa, qui contrarium affirmavit ex Parisio, audiendus non erit, quia convincitur ex cætera Doctorum hæcenus adductorum, & denique ex d. decisione Cocchini (quæ reuera in hac materia singularissima est, & præ oculis semper habenda, cum per casus, & articulos distinctos absolutè cuncta dubia, quæ in ea accideret possunt) atque etiam expressis declarationibus S. Congregationis statim per numeros legq. relatis, & præsertim ex adductis infra, n. 49. & Flaminius Patius, quem ipse Barbosa pro se citat; totum dicit contrarium, cuius verba superius viditi; imò et ipse Barbosa immemor suæ opinionis scriptæ in dicta allegat. 81. n. 4. noviter tamen contrarium multis resolutis doctrinis ipsemet in tract. de appellatione verbor. iur. appel. 176. à num. 1. & seqq.

Ad Concil. Trident. in §. ad hæc, in confirmationem

tionem opinionis Barbofæ à nobis et adductum superius in princ. num. 4. huius cap. responderetur, quod Decretum illud disponit causas matrimoniales, criminales, & beneficia tractandas fore coram Episcopo, non coram Decano, Archidiacono, & aliis. Non tamen negat inde, quod alia genera causarum tractari debeant & possint in prima instantia coram Decano, & Archidiaconis habentibus iurisdictionem Ordinariam in illis, imò ex harum ademptione cæteras confirmare videtur ex regula, Licet prætor, ff. de iudiciis, cum similibus.

Sed adhuc in hac dispositione Concilij subsistendum erit, et nam ex ea non censetur sublata in prædictis causis iurisdictione Ordinaria legitime per immemorabilem adquisita per eodem Decano & Archidiaconos probata per tres sententias conformes, ut superius relata decisio. Cocchini 346. ubi ad idem declarationes Sanctæ Congregationis Cardinalium, & plures Rotæ decisiones commemorantur.

Et super eodem Trid. Decreto num. 8. verb. causa matrimonialis, et hæc adest declaratio, Congregatio censuit, non fuisse Concilium immemorabilem consuetudinem, et ideo si Archiepiscopus legitime probaverit, se admittendum, hanc iurisdictionem exerceat, sed quasi possessio immemorialis erit probanda coram Episcopo, et interim Episcopus ipse, et quidem solum iurisdictionem exerceat.

Et iterum eadem Congregatio 22. Ianuarij 1598. et declaravit in hæc. Congregatio Concilij censuit, Decreto eiusdem Concilij cap. 20. vers. Ad hæc, sess. 24. non esse sublata immemorabilem consuetudinem, secundum quam inferiores Episcopo cognoverint causas matrimoniales, & criminales, ideoque si huiusmodi immemorabilem consuetudinem tribus sententiis conformibus probaverint, non esse impediendum eas exerceat, &c.

Et iterum eadem Sanctæ Congregationis declaratio, et in hac prosequitur: Ceterum antequam huiusmodi probationem per tres sententias conformes ad prescriptum ius legitime præstiterint, Episcopum intra cuius Dioceses fines inferior existat, debere huiusmodi iurisdictionem exerceat, &c.

Alia ad idem est declaratio Sanctæ Congregationis super eodem Decreto Trid. super illis verbis (non Decano) 18. Martij 1598. in hæc: Congregatio Concilij censuit, iurisdictionem criminalem, quam N. Archiepiscopus præcedit, sibi ademptam esse, nisi probaret per tres sententias conformes, se ab immemorabili tempore eam iurisdictionem exercuisse, interim vero quod huiusmodi probationem per tres sententias conformes præstiterit, Archiepiscopum intra cuius Dioceses fines inferior existat, debere eam iurisdictionem exerceat, &c.

Et ulterius super eodem Decreto verbo, & criminalibus num. 9. et Sancta Congregatio ita censuit in hæc: Nisi essent in quasi possessione immemorabili, cui in hoc Concilium non derogavit, si huiusmodi quasi possessio probata fuerit tribus sententiis conformibus, & continuis.

Et ad nostrum propositum, de quo egimus in hoc capitulo à principio, et optima est declaratio eiusdem Sanctæ Congregationis Cardinalium in hæc: Dubitaverunt Archidiaconi de Thalesco, an Concilium sess. 24. cap. 20. & sess. 25. cap. 14. sustulerit immemorabilem consuetudinem

conferre: Congregatio Concilij censuit non fuisse, et ideo si Archidiaconi eam legitime probaverint, Episcopus sinat illos exerceat iurisdictionem, quam ante Concilium solebant, interim tamen dum illam probaverint, ipse Episcopus solum exerceat. Et iterum ibidem an Concilium cap. 20. sess. 24. de reformat. volens causas in prima instantia coram Ordinariis locorum cognoscendas, censetur sustulisse immemorabilem consuetudinem, secundum quam Decanus et capitulum de causis civilibus uti Ordinarij cognoscere soliti sunt, quia Congregatio in causis tantum matrimonialibus, criminalibusque, de quibus loquitur cap. 20. vers. Ad hæc, censuras immemorabilem non esse sublata. Nunc autem quærebatur, an idem dicendum esset, in omnibus aliis causis fori Ecclesiastici, de quibus in principio. dict. c. 20. fuit res diligenter discussa, eodem modo censuit Congregatio immemorabilem non esse sublata eadem ratione, et rursus cum de causis Beneficialibus dicitur, et consuetudo immemorabilis, secundum quam Archidiaconi in inferiori Germania habent facultatem cognoscendi de omnibus causis beneficiis, sit sublata per Decretum Concilij cap. 20. sess. 24. adeo ut ipsi comprehendatur appellatio Ordinarij locorum? Congregatio censuit, non esse sublata, si verè ad se consuetudo immemorabilis, et ea legitime probetur. Hactenus de celebribus declarationibus. Et in huius ultimis verbis manifestè apparet, et declarat, inferiores Prælatos habentes iurisdictionem ordinariam legitime quæritam comprehendendi in dicti Decreti Trid. priori parte, loquente de prima Ordinariorum instantia, atque illam illis præferentem, cum utique verè sint Ordinarij, atque indubite appellatioe veniant Ordinatioe.

Has declarationes Cardinalium et (quæ penitus absolvent nostram principalem quaestionem, & veram resolutionem contra Augustini Barbofæ assertionem) ad litteram reuocet Narbona in l. 59. glossa 1. num. 240. tit. 4. lib. 1. Recopil. tom. 3. & dicit apparere ex 4. tom. 4. decis. nouissim. in dict. cap. 20. verb. causa matrimonialis, & dicit eas postea se vidisse omnes penes Nicolaum Garciam de benefico. 1. tom. part. 3. cap. 21. num. 194. & 195. qui quidem omnes illas ad litteram ibidem ordinatè recenset; et quod has declarationes scriptas fuisse per Rotam canonizatas, & obseruatas, refert ipse Garcia, ex Hieronymo Gonçal. ita testante in regula de alternatia. gloss. 33. num. 5. atque insuper ipsemet Garcia ubi proxime dicit. num. 194. & 195. refert Rotæ decisionem in eorum declarationum confirmationem; & D. Ioan. Narbon. fratrem in tractat. de appellation. à Vicario ad Episcop. 2. part. secundam 3. num. 6. ad fin.

Et ultra has declarationes, et alia adest expressa, & non minus singularis, quam ad litteram retulimus infra cap. 5. §. 2. à num. 4. ibi: Item nec alij superiores etiam Nunij, vel Legati de latere specificam facultatem maiorem, non habentes causas in Curia Ordinariarum, vel aliorum inferiorum iudicium pendentes, ad se adducunt, &c. Ex qua expressè præferatur prima instantia Episcoporum, verum etiam aliorum iudicum eis inferiorum, qui Ordinariam iurisdictionem habent, & cohercent.

Et insuper, quod hanc iurisdictionem legitime præscriptam et per immemorabilem ab inferioribus Prælati

Prælati siue accumulatiue, siue priuatiue ad Episcopum, vel ex aliquo priuilegio posse etiam hodie exerceri ab eisdem, cum non censetur exclusâ à dicto Decreto Trident. ex eo quod eorum pariter sit iurisdictione ordinaria, de qua loquitur ipsam Concilium, vt post Nauarrum *consil. 2. & de foro competent. in antiqua, & consil. 9. sub tit. de priuilegiis, in nouis. Sayrus in floribus decision. sub tit. de foro competent. decis. 2. Barbosa de potestate Episcop. tom. 2. Allegat. 16. num. 7. Nouarius in noui iuri Pontificij prætic. conclus. cap. de causis, prime instantiæ, conclus. 1. alias 54. num. 3. fol. 140.*

Et per declarationem Sanctæ Congregationis ¶ idem affirmat in hac iurisdictione inferiorum ad quæ sita per immemorialem, Flamin. Parisius de resignatione benefico. lib. 3. quæst. 11. n. 15. & per declarationem Sanctæ Congregationis, & aliquas Rotæ decisiones videndus Ercules Marelcotus variarum resolut. lib. 1. cap. 1. n. 20. & num. 21. vbi quando Episcopus debeat manuteneri, & vide post Seraphin. & alios, Narbonam in l. 59. gloss. 1. num. 49. lib. 2. tit. 4. tom. 3. Recopil. & de hoc vltimo quando, & quo casu debeat vel non manuteneri Episcopus, videbis infra hac 2. part. cap. 17. à num. 14. cum seqq. vers. Circa illud autem quod superius.

Ex quibus concludendum venit, quod cum hi Prælati inferiores ¶ Episcopo habentes legitime præscriptam, & acquisitam priuilegio, aut immemoriam consuetudine iurisdictionem ordinariam, ad cognoscendum de quibuslibet causis ad forum Ecclesiasticum quomodolibet spectantibus, iuxta priuilegij sui, aut consuetudinis tenorem & formam, sint verè Ordinarij, & comprehensibiles sub Decreto Tridentini præseruantis generaliter primam instantiam Ordinarij, attendentis & respicientis tam Ordinariorum ipsorum fauorem, quam etiam subditorum litigantium, consulentis sumptibus, & incommodis eorum; sequitur vt Rex sua Regalia vtens debeat protegere istorum Prælatorum primam instantiam contentam indubiè in Tridentini Decreto, cuius est acerrimus protector.

Supradicta tamen limita in eo Prælato infiore subdito Episcopo ¶ habente iurisdictione super ipsius plebe, hoc est Collegio, & Ecclesia Collegiata dumtaxat, quia isti cum non habeant territorium non possunt dici Ordinarij locorum, nec appellatione Ordinarij veniunt, nec sub dispositione dicti. Concilij Tridentini, comprehenduntur, prout in terminis declarauit Sancta Congregatio Concilij in hac: an cap. 20. tribuens primatiue Ordinarij locorum in prima instantia cognitionem causarum omnium ad forum Ecclesiasticum pertinentium, de Episcopis tantum intelligitur, an de exemptis Episcopalem iurisdictionem habentibus, an verò etiam de Prælati inferioribus, qui sub sunt Episcopo veluti de Archiepiscopo, vel Plebano Ecclesia collegiata, ita vt isti inferioribus, qui etiam in eorum Plebe Ordinarij dici possunt, huiusmodi cognitio ad Episcopum, etiam in prima instantia pertinet? Congregatio consuit, non intelligi de istis, qui est habeant iurisdictionem ordinariam in personas de Collegio, cap. cum ad Ecclesiarum, vbi gloss. & Abb. num. 5. de officio Ordin. non possunt tamen dici Ordinarij locorum, cum nullus extra Episcopum habeant iurisdictionem in Diocesi Abb. vbi supra num. 10. &c. quam refert Narbona in l. 59. gloss. 1. num. 70.

lib. 2. tit. 4. tom. 3. Recopil. quem tamen cante lege, quia videtur eam declarationem adducere indistinctè extra casum specialem, de quo loquitur dict. declaratio Sanctæ Congregationis, cum quid generaliter in iurisdictione horum inferiorum sit dispositum, multa dicta reliquimus superius, & variis in casibus declarauit S. Congregatio vt vidisti, quas omnes reatas declarationes foret subuertere, si hanc vltimo loco relaram extra suum specialem casum intelligere voluissimus, quod nec iuris ratio, nec Tridentini dispositio & intentio, nec auctoritas S. Congregationis patiuntur.

CAPVT V.

Proteçtio hæc, an à Rege deneganda erit his in casibus, in quibus de iure Canonico, & ante Tridentini Decretum ab Ordinarij in prima instantia licitè recedere, fuit permissum.

S Y M M A R I V M.

Prorogatio aliena iurisdictionis hodie ex Tridentini præseruante primam Ordinarij instantiam non ita facile est permissa, num. 1.

Prorogatio aliena iurisdictionis, vt licitè fiat, concurrere debet consensu partium, & Ordinarij sui habentis simul ius complicatum ex Tridentini Decreto, num. 2.

Concursus consensuum omnium simul habentium ius complicatum adesse debet, vt prorogatio, num. 3.

Vassallus nequit prorogare iurisdictionem alienam tacitè, nec expressè absque domini consensu, num. 4.

Prorogare iurisdictionem alienam nequit Clericus absque sui Episcopi consensu, num. 5.

Consensus solius Episcopi non sufficit, vt Clericus veniens proroget iurisdictionem alienam, n. 6.

Consensu alterius ex habentibus ius complicatum ex Tridentini. desiciente non valet prorogatio, nec cessat Trident. dispositio, nec per consequens Regis Regalia proteçtionis, num. 7.

Plures casus sunt quibus de iure Canonico sortitur quis forum alienum, num. 8.

Concil. Tridentini. in cap. causa omnes præseruans primam Ordinarij instantiam, non sustulit legitimos modos, quibus de iure quis sortiri poterat alienum forum, num. 9.

Adducitur ad idem S. Congregationis declaratio, num. 10.

PROROGATIO per consensum tacitum, ¶ aut expressum litigantium licet regulariter iurisdictionem variare soleat, siue de persona ad personam, siue de re ad rem, aut de tempore ad tempus, vt suis locis latè tractant Doctores: tamen hodie stante recentiori dispositione Sacri Concilij Tridentini, sess. 14. de reformatione cap. 20. (quo præsertim prima instantia Ordinarij locorum, vt capitibus præcedentibus latius deduximus) prorogationem hanc non ita facile permissam esse, certissimum est.

Constat

Constat etenim, hoc salubre Decretum inductum fuisse, non solum intuitu, ¶ & fauore Ordinarij; sed & simul etiam respectu, & fauore litigantium, ac ideo vtrorumque consensum tam Episcopi puta, quam partium debet concurrere, vt in alterius non sui Ordinarij iurisdictione consentire dicatur, & valeat quasi vnus solus in præiudicium alterius habentis ius simul complicatum, nullatenus sufficit, prout abundè probatum fuit supra hac, 2. part. cap. 5. per totum.

Quapropter omnium est Doctorum communis obseruatio, ¶ vt nullo modo admittenda sit prorogatio, vbi non currit omnium ius habentium ex dispositione continente communem fauorem, & vtilitatem consensum. Ita expressè probant ex l. 1. & 2. ff. de iudic. & leg. 1. §. post operis, vbi Iul. num. 11. de noui operis nuntiatione, Iulius Clarus receptarum sententia, §. fin. q. 42. Iacobus Cancercius variarum resolut. lib. 2. cap. 2. de iurisdictione, num. 194. Matius Giurba consil. 95. num. 13. & 14. Ioannes Maria Nouarius in praxi election. fori, sessio 3. quæst. 17. an. 14. fol. 296. Romanus consil. 369. num. 18. Cardinalis consil. 38. ad finem, Afflicti decis. 133. Gratianus decision. 78. num. 50. Ioannes Baptista Costa de scientia & ignorantia, centur. 2. distinct. 66. n. 35. Rouius pragmatici. 1. num. 15. tit. de iurisdictione in initium non turbanda. Didacus Perez in l. 2. lib. 3. tit. 1. Ordinem. Castrensis consil. 431. in princip. num. 3. Andreas Gail. obseruatione 40. num. 3. num. 1. Cardinal. Tusch. litter. C. conclusio. 1027. num. 3. Cenedus Canoniarum quæst. 12. n. 8. & 10. Rota Romana decis. 22. n. 8. part. 2.

Inde fit, quod vassallus non potest prorogare alterius iurisdictionem tacitè ¶ nec expressè absque domini consensu, qui quidem illum non obstante inuimodi vassalli prorogatione, potest auocare, & repetere, vt per text. in cap. Imperialem, §. præterea, si inter, & ibi singularis glossa, verbo, in duas, & de prohibita feudi alienatione per Federicum, vbi pulchè Matthæus de Afflicti num. 23. Baldus in l. si quis, in conscribendo, C. de pactis, per quos bene Ioannes Marie Nouarius in praxi electionis & variation. fori. quæst. 7. num. 15. sessio 3. vltra quos etiam probat Abb. in cap. ex transmissa notabili, 1. de foro competent. Capicinus decision. 21. num. 15. Franchis decis. 417. num. 2. Boëtius decis. 114. Scradex consil. 13. num. 251. & num. 252. Sola ad constitutiones Sabaudia, tit. de foro comper. rit. subditos, 1. num. 9. & 12. Raginellus in practica. quæst. 47. num. 26. & loquendo in criminalibus, vt isthæc prorogatio non valeat in præiudicium Domini, Marfillus in praxi. §. expedita, num. 67. Aldouinus consil. 20. num. 21. Farinacius quæst. 1. num. 190. Iacobus Cancercius variarum resolutio. lib. 2. cap. 2. de iurisdictione, n. 194.

Et loquendo in Clerico, vt de iure Canonico non valeat eius prorogatio ¶ alterius alienæ iurisdictionis absque sui Episcopi consensu: latè probat Narbona in l. 59. glossa prima à princ. & præcipuè à num. 6. & sequentibus. de quo sunt iura expressa loquentia in Clerici prorogatione alterius iurisdictionis, absque Episcopi sui consensu non faciendâ, text. in cap. 1. cap. si quis contra Clericum, 4. cap. significati, 18. de foro competent. cap. Episcopo, 9. quæst. 3. latè etiam Pafecquius in praxi Episcop. 2. part. cap. 4. à princ. qui etiam affirmat, consensum Episcopi ¶ non pol-

se Clericum renitentem alteri iudici subicere, cui doctrina direçtè fauet hæc Conciliaris Trident. constitutio nouiter & vniuersaliter disponens, & consulens damnis & expensis litigantium, vt probatum est; insuper doctrina huius ratio fundamentalis ea potest esse, quam latius deduximus infra hoc cap. §. 4. per totum, nempe quod iudex Ordinatus non potest à se abdicare iurisdictionem in præiudicium litigantium, nec causam voluntariè remittere ad Superiorem, contradicente parte, vel partibus.

Ac propterea desiciente alterius consensu; habentis ius ¶ & vtilitatem ex Trident. Decreto complicatam; cum intacta maneat eiusdem dispositio, atque verè lædatur prima instantia Ordinarij, sequitur manifestè, quòd Rex Catholicus ex Regalia proteçtionis potest ad Caput Decreti obseruantiam adstringere, cum prorogatio legitime facta non sit, vt latius deduximus comprobantes susum hac 2. part. cap. 5. per totum, quod amplius non repeto.

Plures tamen alij casus repetuntur, in quibus de iure Canonico, ¶ quis sortitur alterius forum, & in quibus non est dubium posse in prima instantia conueniri in foro alieno legitime sortito, quoniam Concilium Trid. in præallegato ¶ cap. 20. sess. 24. de reformatione, non sustulit modos legitimos, quibus quis ex iuris dispositione sortitur forum alienum. Ita dictum fuisse testatur Franciscus Leo in Thesuro fori Ecclesiast. 2. part. cap. 1. num. 75. quem referens sequitur Ioannes Marie Nouarius in noui iuris Pontific. prætic. conclus. cap. de causis prime instantiæ, conclusio. 1. alias 54. num. 11. teneat Augustinus Barbosa in tractat. de potestat. Episcop. allegatio. 81. num. 14. tom. 2. & Nos etiam in tractat. de Regia proteçt. 2. part. cap. 17. num. 7. vbi aliquas Sanctæ Congregationis ad hoc condicibiles declarationes adduximus. Facit quod Gratianus, in his terminis Concilij, discipulus, Roens. tom. 5. cap. 37. à num. 15. & licet nullo Doctore citato, hoc tamen firmat Narbona in l. 59. glossa 1. num. 238. lib. 2. tom. 3. Recopilat. vbi adiecit declarationem Sanctæ Congregationis, que sic se habet, ¶ an Decretum, cap. 20. sess. 24. sustulerit modos legitimos, quibus aliquis ex iuris communis dispositione, præsertim ratione contrahus forum sortitur? Congregatio censuit non sustulisse. Et ex hac conclusione verissimè ad nonnulla inferendum erit in §. sequentibus, quibus dilucidè apparebit, qualiter, & quibus in casibus verificatur hæc Doctorem, & Sanctæ Congregationis Cardinalium doctrina & determinatio, ne non esset Concilij Tridentini generica & vniuersalis prohibitio, ac per consequens pateret proteçtio Regis, cum in illis læsum nullatenus reperiat prædictum Tridentini Decretum in cap. causa omnes, sed potius in illis liberè permissam à iure iunctis declarationibus S. Congregationis, partibus à suo Ordinarij recedere in prima instantia.

S. PRIMVS.

An ob recusationis legitimam causam ab Ordinario liceat recedere in prima instantia: & an recusatio commissionem procedere debeat.

SVMMARIVM.

- Recusationis causa legitima est modus recedendi ab Ordinario in prima instantia, num. 1.
- Recusationis causa probata coram Ordinario recusato in causa principali omnino super sedere debet, num. 2.
- Recusatus legitime Ordinarius causam de consensu recusatoris alteri committit, vel Superiori remittit, num. 3. & num. 5.
- Recusationis causa coram recusato proponenda, & quomodo, & à quibus arbitri eligendi ad cognoscendum de eà, num. 4.
- Ordinarius recusatus procedens in causa processu, & sententia vitio nullitatis subiciuntur, n. 6.
- Si recusans opponat de nullitate, num. 7.
- Per recusationem legitime factam cessat dispositio Trid. in cap. causa omnes præferantur primam Ordinarius instantiam, num. 8.
- Nunius Apostolicus potest procedere in prima instantia suspecto allegato Ordinario, n. 9.
- Ordinarius recusatione existente, cessat protectio Concilij Regi commendata, cum & ipsius cesset dispositio, num. 10.
- Lite orta inter Ordinarium, & subditum, causam remittitur viciniori iuxta stylum Rom. Curie, & declarationes S. Congregat. num. 11.
- Quæ videntur procedere ubi litis veritas super re principaliter pertinet ad Ordinarium colligantem, non ad suam Ecclesiam, quo casu potest esse Iudex, num. 12.
- Episcopus potest esse Iudex in causa sue Ecclesie, num. 13.
- Clerici non repelluntur afferendo testimonio in causa sue Ecclesie, num. 14.
- Episcopus in causa sue Ecclesie reputatur legitimus Iudex: at si causa tangat ius personale nullo modo, num. 15. & 17.
- Episcopus in criminalibus pro offensa sibi illata potest malefactores punire, num. 16.
- Episcopi possunt esse Iudices in causis sue Ecclesie, num. 18.
- Episcopus in iis in quibus potest esse Iudex, quæ non spectant ad sui, vel suorum principale commodum, potest etiam convocare Capitulum, n. 19. ubi plures declarationes S. Congregationis recensentur.
- In iurisdictione per inferiores Episcopo preterea proponi debet, & probari causa in prima instantia coram Episcopo, cum sit causa tangens dignitatem, non suum commodum personale, num. 20.
- Episcopus licet de iure non sit prohibitus esse Iudex in causis sue Ecclesie, & dignitatis, nec ob id nullitatis subiciantur acta, & sententia, num. 21.
- Tamen ex eadem causa potest recusari, ut suspensus, num. 22.
- Episcopus licet in causa sue Ecclesie queat ut suspensus recusari, ante recusationem tamen est Iudex competens, & sententia tenet, n. 23.

Suspensione accedente, ubi colligens est Episcopus, causa per Sedem Apostolicam remittitur viciniori, num. 24.

Colligans cum Episcopo in causa sua Ecclesie casus sit, ut à principio eum dicat suspectum, nam semel tacite per actus gestos coram eo videtur in eum consentire, & amplius ex ea causa illum suspectum nequit allegare, num. 25.

De recusatione Ordinarius debet legitime in Senatu consistare, ut cesset Regia protectio Tridentin. num. 26.

Post rescriptum alteri impetratum, an ex causa recusationis, & suspensionis Ordinarius proposita causa recusationis coram eo sufficiat, ut impetrans suo rescripto valide uti possit, num. 27. & seqq.

Rescriptum sine subscriptione manus Sanctissimi impetratum ob recusationem Ordinarius nondum coram eo propositam, nec ab arbitris approbatam, fuit à principio nullum, num. 28.

De supposito à lege prius debet consistare, & præcedere, ibid.

Ubi datur prius & posterius ibi est ordo substantialis, & forma, ibid.

Recessus ab Ordinario post biennium ob eius negligentiam de ista debet consistare, & procedere recessum, ibidem.

Qualitas seu solemnitas requisita tempore actus, vel ante ipsum si tunc non adit, actus est nullus, licet postea sequatur, num. 29.

Solemnitas, aut qualitas requisita pro fundamento actus, eo tempore debet concurrere, non tamen sufficit, quod postea subsequatur, n. 30.

Commissio impetrata à subditi supposito recusationis Ordinarius, quæ tunc non aderat, est nulla, num. 31.

Commissio impetrata ob appellationem à sententia, quæ nondum lata est, nulla redditur, n. 32.

Recusatione proposita Ordinarius post impetratam commissionem, & legitima per arbitros inuenta, potest Ordinarius causam vel alteri committere, vel ad Superiorem remittere, num. 33.

Ab Ordinario ob recusationem recessus non est licitus ante propositam recusationem, & legitimam declaratam, ac ideo rescriptum alteri est nullum, nec cessat Tridentin. nec protectio Regis, cessit fuerit subscripta, num. 34.

Impetrans rescriptum sine subscriptione Sanctissimi, & ob id remissa per Senatum causa Ordinarius, non impeditur illum recusare ante omnia, & ob recusationem declaratam aliam alteri commissionem impetrare, num. 35.

De recusatione Ordinarius ante rescripti auocatori consistare dicitur in Senatu, si illam in eodem asserat Papa legitime processisse, n. 36.

Ob recusationem Ordinarius impetratam commissione non subscribitur, si antequam eà impetrans orator, recusatus cedat, vel decedat, an successoris eius sit per Senatum facienda causa remissio, n. 37. remissio.

X proxima conclusione iure firmata, & hoc cap. 5. deducitur primum, quod cum per recusationem licite recedatur à iudicio Ordinarius in prima instantia, eo quod opposita legitima causa, & coram eo probata, & omnino à causa cognitione remouetur, iuxta text. in cap. secundo requiritur, 41. in fin. de appellatione. ibi: Quod si coram ipso causa suspicionis probata

probata fuerit cause cognitioni supersidere, tenebitur recusatus, ipsa namque ratio dicitur, quod suspecti & inimici iudices esse non debent. Quare si causa recusationis opposita legitime fuerit probata,

Ordinarius ipse recusatus de recusationis assensu personæ idoneæ cognitionem negotij remittere debet, vel illam ad Superiorem transmittere, ut in eo, pro ut iustitia postulet, procedat, text. est in cap. cum speciali, in fin. principij, de appellationib. latissimi Barbola in collectanea, ad ipsum text. ubi num. 2. & 3. quod causa coram eodem iudice sit proponenda, & ab arbitris electis ab utraque

parte vel iudice, & ubi de officio proceditur, in autem concordent, utraque pars eligat arbitros, ut de causa recusationis cognoscant, & num. 8. quod legitime probata recusationis causa, Episcopus recusatus ad Superiorem causam transmittat, & ubi plurima in hac materia videnda post magnam Doctorum cateruam, & in cap. si quis contra Clericum, 4. de foro compet. & est communis opinio teste Andræa Guill. obseruat. 33. num. 16. & alius quos recenset Marchelanus in tract. de commission. in commission. de suspect. iudic. adiunct. dando. 2. part. cap. 5. num. 15. Vau-

melius ad dictum cap. cum speciali, num. 5. Narbona in l. 59. gloss. 1. à num. 23. lib. 2. tit. 4. Recopil. in 3. tom. Gratianus discept. forens. lib. 5. cap. 837. à num. 15. ubi circa hoc ponit differentiam inter ius Canonicum, & civile; eam etiam bene prosequitur Narbona ubi proxime à num. 234. post alios, quos allegat, & est text. in dict. cap. si quis contra Clericum, ubi: Episcopus ipse, qui si ante suspectus fuerit recusatus, executor ab eo depuatur, &c. infinitos Doctores allegat Barbola in collectanea, ad dictum cap. secundo requiritur, num. 4.

Ad eò ut si recusatus insuper procedat Ordinarius processus & sententia vitio nullitatis subiciuntur ipso iure, Narbona ubi proxime num. 233. per decisionem Tolosanam, 47. Alexand. conf. 89. volum. 1. Bertrandum conf. 131. vol. 8. & conf. 115. vol. 2. part. 2. Ioan. Vuamesium in dict. cap. secundo requiritur, §. 3. postulat. num. 2. de appellat. Barbola in collect. in dict. cap. secundo requiritur, cum Vantio. Kirchou. Carabit. Tusch. Azeved. Seraphin. Escouar. Camil. Borrel. Carraeco, Mendez de Castro, & alius pluribus Doctoribus, ubi in fine intelligi, si recusans opponit de nullitate, & ut per Seraphin. Gratianum in discept. forens. cap. 100. à num. 6. cum sequentibus.

Quare ubi Ordinarij iudicij legitima adest probata recusationis causa, & dictum Trid. Decretum 20. præferens primam instantiam Ordinarij lotorum, omnino cessat, nec hoc casu procedit, ut expresse firmat Marchelanus de commiss. tit. de signatura gratia, diuers. 1. part. cap. 2. num. 91. quem refert & sequitur Narbona in dict. l. 59. num. 257. & num. 232. Piassequius in prax. Episcop. 2. part. cap. 4. num. 3. & num. 4. Gratianus in discept. forens. tom. 5. cap. 837. à num. 15. Seraphin. decis. 7. & num. 6. ibi: Quare defectus iurisdictionis Nuntij non obstat, quia ideo non fuit tractata causa in prima instantia coram Ordinario, quia fuerat allegatus suspectus, & factis visa est imperpetuum hoc allegatio, &c. Ac propterea hoc in casu recusationis Ordinarij cessat omnino protectio Regis, & cum in eo minime latur prima instantia Ordinarij, quia res formal prohibitionem euasit, ac ideo liberè ad

alios iudices causa potest transire ex vulgaribus.

Huic doctrinæ bene conueniunt nonnullæ declarationes Cardinal. Sanctæ Congregationis Concilij Trid. quæ quatum latius mentionem fecimus, & ad litteram adduximus supra hac 2. part. cap. 3. §. unico, à num. 13. cum seqq. vers. Ex quo sic complicato, & latius num. 17. quæ declarant, quod quando lis vertitur inter Episcopum, vel etiam alias suspectum, & alium; non sit causa committenda in Curia ex solo consensu Episcopi; sed itylus Romanæ Curie sit obseruatus, ut tunc viciniori Ordinario committatur, ne pars litigans ultra suam patriam cum tanto dispendio litigare cogatur, quæ quidem declarationes Cardinalium videntur procedere, & quando lis est inter aliquem, & Episcopum seu Ordinarium alium super causa & negotio, in quo habet principale interesse, commodum aut damnum; quo casu cum non possit ipse Ordinarius esse iudex in ea causa propria, procedunt declarationes præfate, secus autem in re pertinet ad suam Ecclesiam, vel dignitatem principaliter, & quia in ipsa potest esse Iudex, & de iure permittitur.

Ad quod allego decisionem Curie Archidiaconi Neapolit. de qua testatur Aloisius Riccius in 1. part. decis. 144. in hæc, si Illustrissimus quidam Ordinarius potuisset assistere Congregationi iudicantium, & dare votum in causa, ubi agebatur de interesse mensæ Archiepiscopalis? Vnus ex Dominis negabat, ex regula vulgaris, nemine posse fieri iudicem in causa propria, l. i. Cne quis in sua causa, sequitur & facit in n. i. ibi: Sed fuit statibus prædictis restitutum contrarium, videlicet posse Episcopum esse iudicem pro sua Ecclesia, de qua decisione non est mirandum: fulcitur enim autoritate, & ratione. Autoritate probatur ex Baldo in cons. 122. num. 1. vol. 1. Capitius in decis. 137. num. 1. & seqq. & sequitur Cerola in praxi Episcopali, verbo, Episcopus, part. 2. Alciat. in cons. 67. Ratione probatur, quia Clerici non sunt repellendi & absque ratione illi causa à ferendo testimonio in causa sue Ecclesie, cap. cum Nunius, de testib. imò sunt admittendi, cap. super prædientia, 14. quæst. 2. quanto magis Episcopus ob eius dignitatem, propter quam non præsumitur aliquod mali est tamen animaduertendum in hac questione, quod aut causa est suæ Ecclesie, & tunc reputatur legitimus iudex; & aut est personalis, & tunc nullomodo potest iudex fieri, ita Rodonus in tractat. de rebus Ecclesie non alien. quæst. 78. cap. 8. num. 5. Nauarrus cons. 10. de rescriptis, & in cons. 28. de sententia excommunic. Capitius decis. 124. num. 11. & seqq. Cerola loco supra citato, num. 43. Flores Diaz de Mena quæst. 13. n. 3. & seqq. facit text. cum Gloss. in cap. si quis ergo, in gloss. vltim. & cap. qui prædica, quæst. 2. & ita procedunt allegata pro prima opinione. Non obstat text. in cap. 1. de penit. in 6. quia procedit in causis criminalibus, & in quibus Episcopus pro offensa sibi facta potest malefactores punire, Viuianus decis. 99. part. 1. Haætenus Riccius. Hoc idem, & sub eadem distinctione affirmant Felinus in cap. cum venissent, 12. num. 7. de iudiciis, Capitius decis. 137. Cerola in praxi Episcopali, part. 1. verb. Episcopus, pag. 155. vers. 34. Rota decis. 361. num. 1. diuersorum. Bellec. disquisit. Clerical. pag. 378. num. 36. Surdas cons. 50.

fl. 50. Rebuffus in tract. de re probant. testim. n. 26. vers. Intelligi, Paulus Pialequius in praxi Episcop. 2. part. cap. 4. tit. de persona iudicis, num. 4. post Tiraquellum in tract. res inter alios acta, in 1. limit. vers. Et idem quoque fol. 104. tenet Scaccia in tract. de sententia & re iudicata, cap. 1. gloss. 4. quest. 8. num. 2. fol. 144. tenet etiam Decius in cap. cum venissent, num. 54. vers. Secunda regula, & ibi Felin. num. 7. vers. Prelatus in causa. Augustin. Barbosa in collectanea, ad d. cap. cum venissent, 12. num. 6. de iudicis num. 6.

Et quod Episcopi possint esse iudices in causis suarum Ecclesiarum, & probant Capitius, dist. decif. 137. num. 1. Aloisius Riccius in pract. Aur. resol. 203. n. 3. vers. 7. Surdus dist. conf. 50. Alexand. Trentacinq. variarum resolut. lib. 2. tit. de iudicis, resol. 5. num. 7. Matta voto 57. n. 23. Caned. decif. 76. num. 1. part. 1. & nouissime Augustinus Barbosa in tract. iuris Ecclesiast. lib. 1. cap. 12. num. 32.

Quod & idem probat (nullo citato Authore) Hieronym. de Zeuallos 3. tom. commun. contra commun. quest. 822. à n. 103. dicens, quod Prelati Ecclesiastici possunt cognoscere de omnibus bonis, & causis quoquomodo pertinentibus ad mentas suarum dignitatum per text. in cap. si quis Episcopo, cap. si quis erga, 2. quest. 7.

Quam distinctionem attendisse & videtur Sancta Congregatio Cardinalium, dum super cap. 6. de reformat. super illis verbis: Quod si aliquid Canonice, &c. sub num. 6. decreuit in hac: dummodo non sit actum de re ad suum, vel suarum commodam spectante, &c. & iterum, ibi: Eadem tamen Congregatio censuit, Episcopum conuocare non posse Capitulum in illis casibus, in quibus index esse non potest, & qui de re spectante ad Episcopalem dignitatem potest esse index, conuocare potest Capitulum, &c. & iterum ibidem num. 21. super illis verbis: Eiusdem cap. 6. Capitulum conuocent, eadem Congregatio ita censuit: Dubitatum fuit, an Decretum Concilij hoc cap. quo conceditur facultas Episcopis conuocare Capitulum, nisi de re ad suum, vel suorum commodum spectante agatur, sit intelligendum, quando res ad se, vel suos priuato nomine pertinet: an vero si pertineat ratione dignitatis Episcopalis? Congregatio censuit, quod Episcopus conuocare non potest Capitulum in illis casibus, in quibus index esse non potest. Et si de re spectante ad Episcopalem dignitatem potest esse index, conuocare potest Capitulum, Abb. in cap. venerabili, de censibus, in fin. Hactenus Sanctae Congregationis declaratio, quae quidem ex doctrina antea mox adducta vberius declaratur, à qua, & iuris communis dispositione dissolutio nodi in eadem contenti pender.

Quod & clarius etiam probatur in multis aliis declarationibus Sanctae Congregationis Cardinalium, & quas ad litteram adduximus supra cap. 4. hac, 2. part. à num. 41. & seqq. vers. Ad Concilium Trident. in §. ad hoc, &c. quibus manifestè probatur, quod mora lite inter Episcopum, & Archidiaconos, seu alios Prelatos super pretensa iurisdictione in suis districtibus priuatiuè, vel cumulatiuè ad Episcopum in causis criminalibus, matrimonialibus, & beneficiis, in prima instantia debeant ipsi coram Episcopo eodem probare immemoriam praescripionem, quibus quidem manifestè supponitur, in his casibus tangentibus suam

dignitatem, posse Episcopum esse iudicium iudicem in prima instantia, quasi illi non sint proprii & particularis sui commodi, & interesse.

Quod tamen licet verissimum sit de iure, illud limitabis, & vt in praedictis casibus tangentibus suam dignitatem principaliter, licet in consequentiam, suum Episcopi commodum, poterit esse verè index ad hoc, vt ex defectu potestatis dici nequeat sua sententia, & iudicium nullum, prout foret, si ageretur de commodo principaliter suo, & suae propriae personae tangente, ad titulum, C. ne quis in sua causa index esse possit, quia tunc deficit potestas & ex Riccio diximus superius.

At nihilominus si ex iis causis suam Ecclesiam principaliter & tangentibus Episcopus parti colliganti suspectus videatur, potest ex eo illum reculare, vt ex Abbate in cap. cum venissent, 12. num. 13. & ibi additio ad eum, de iudicis, Decium in cap. causamque 17. num. 11. & seqq. notabil. 3. sub num. 17. ibi: Circa primum, de officio delegat. & post Surdum tenet, & declarat Sigismundus Scaccia in tract. de sententia & re iudicata, gloss. 4. quest. 8. sub num. 1. & num. 2. in fin. fol. 144. sic etiam & doctè distinguit Paulus Pialequius in praxi Episcop. 2. part. cap. 4. num. 4. ibi: Nam licet potest esse index in causa Ecclesiae suae, cap. si quis erga, 2. quest. 7. recusari tamen potest, vt suspectus. Siculus in cap. infirmante, de officio delegati. Capicium decif. 137. num. 1.

Pro quo est optima Rotae decif. 79. in recollectis per Coecinum, & num. 1. & 2. ita loquitur; prima non placuit; Quia Episcopus in causa sua Ecclesiae est index competens, Doctores in cap. cum venissent, de iudicis. Felinus in cap. infirmante, num. 3. vers. causa Ecclesiae, de officio delegat. Oldaldus, qui de communi conf. 136. nec Abb. in dicto cap. cum venissent, dicit contrarium, firmat enim quod potest recusari, sed antequam recusatur, est index competens, & sententia tenet, quia non est causa propria, Abb. praecitato loco, num. 3. Felin. in dict. cap. infirmante, num. 3. circa medium d. vers. scilicet. Causa Ecclesiae, non dicitur causa propria, de officio delegati, &c.

Quod respicit quod Gratianus in disceptationibus forens. tom. 5. cap. 837. ad fin. & dicit ex Congregat. Concilij, 27. Iunij 1585. quod si litigans sit Episcopus, licet causa inter eum & colligantem debeat cognosci in partibus; tamen stante suspitione committitur viciniori, de quo superius tractauimus, num. 11. & seqq.

Et attendere debes, & quia colligans Episcopi ante omnia debet proponere reculationem in cuius causa instilat à principio; nam postquam ceperit coram eo agere, & tractare pariatur dictam causam; vltimus non poterit reculare Episcopum in cuius iurisdictionem iam iam consensit, vt est ex mente Scacciae vbi proximè, cap. cum inter Monasterium, de re iudicata, cap. horrendus, 32. quest. 5. Natta conf. 132. Cauagnol. ad Decretum Monis, 6. §. 12. n. 38. Maranta tit. de appellat. num. 24. & 75. Crauetta conf. 679. num. 2. Rebuffus ad regul. constitut. tit. de recusat. art. 11. num. 4. Couarra. pract. 9. 26. Lancel. de attentat. part. 2. cap. 6. num. 60. Puteus decif. 380. 1. part. Burlatus conf. 21. num. 27. & seqq. Bertrazol. conf. crimin. 550. num. Bene intendi de indic. suspect. cap. 2. num. 8. c. 8. n. 28.

c. 14. num. 3. Costa de re integ. distin. 2. num. 2. Marful. ad Capicium decif. 138. sub num. 1. Ponte conf. 59. num. 16. Gualis excepti. 24. Modit. de iure nat. §. lex est, dub. 11. n. 26. Giurba decif. 99. num. 3. & num. 4. quod hic etiam tacitus consensus in iudicium suspectum nequeat postea renouari, ex l. de accessionibus, §. fin. ff. de diuers. rescriptis. cap. quod semel, de regul. iuris, in 6. l. fin. & ibi Iaf. num. 1. C. de iudicis. Crauetta conf. 74. n. 8. Giurba num. 5. vbi plures.

Quare vt locum habeant, quae diximus hactenus & de reculatione Ordinarij tollente illi primam instantiam, vt nec habeat locum dispositio Sancti Concilij Trident. in d. cap. 20. vtque cessare faciat protectionem Regis; necessarium debet in Senatu legitime constare de reculatione facta & proposita coram ipso Ordinario. Sed quomodo debeat praticari haec doctrina, res est admodum difficilis, in qua videbatur dicendum, quod impetrans rescriptum alteri iudici, & vt cognoscatur, compareat coram Ordinario, & illud sibi notum faciat, & dicat iudicem in eo nominatum cogniturum debere, quia Ordinarius ipse sibi est suspectus, & causam proponat reculationis, & eam probet, vt superius diximus ad princ. huius cap. 5. postmodum si iste littere deferantur ad Senatum, illic constabit de legitime facta & probata iam reculationis causa, si ubique relaxabuntur litterae, vt illis vtatur impetrans coram iudice in eis nominato.

Sed reuera ista praxis falsis nititur principiis, & iuris fundamentis, quoniam antequam ab Ordinario recedatur in prima instantia ex hoc capite reculationis; prius de ea legitime proposita coram eodem Ordinario atque legitime probata, debet constare.

Primum, quia commissio haec ob causam reculationis & defectum subscriptionis propria manus Sanctissimi nulla fuit à principio, de quo abundè diximus plures hac 1. part. cap. 6. per totum; maxime à num. 14. & in cap. 17. per totum, & in cap. 20. à num. 72. vers. Quibus suppositus non obstant; & fore per totum cap. Vterque in apperiret via recedendi ab Ordinario ex capite reculationis; praecise debuit ea praecedere proposita coram ipso, & per arbitros cognoscenda, & super eadem legitime declarari, vt supra hoc cap. à principio diximus; nam cum permissio recessus ab Ordinario ex Trident. fiat sub reculationis suppositione, & propter illam, ob id quod semel sublatum de medio Ordinario, omne cessat praedictum; sequitur, quod recusatio ipsa debet praecedere commissionem, cum interea quantumuis suspectus index, est competens, & iurisdictionem suam integre retinet, de quo abundè supra à n. 12. cum seqq. Arque ideo vbi vnum disponitur, & aliud supponitur, dispositio non verificatur, nisi prius verificetur supposito, quia de supposito à lege debet prius constare, & praecedere, vt dispositio locum habeat. Roland. à Vall. de iure doct. 9. 11. n. 17. Beccius conf. 53. n. 7. Surdus conf. 250. n. 78. & conf. 43. n. 17. Sella decif. 160. n. 24.

Et quia tam prius debeat cessare iurisdictione Ordinarij, & de medio tolli, vt recessus ab eo legitime fieri dicatur; sequitur quod si non praecedat, inutilis erit & nullus, quippe vbi datur prius & potestus, ibi est ordo substantialis, & forma. Felinus in c. cum dilecta, n. 6. sign. 6. de

rescriptis. Sanchez de matr. lib. 3. disp. 34. n. 27. atque ideo, si non praecisset recusatio legitime facta tanquam praesidium fundamentum commissionis, haec nulla erit ab initio.

Quod & à simili eisdem Concilij Trid. in dicto c. causa omnes, fulcitur, quod similitè datur facultas partibus recedendi ab Ordinario post biennium data negligentia eiusdem Ordinarij, quae praecise debet praecedere, & constare antequam aditus pateat parti ad Superiorem, prout manifestè probauimus multis Doctoribus citatis in cap. sequent. à princ. & signanter à n. 6. vers. Pro qua limitatione, & à n. 9. vers. Pro quibus omnibus.

Et quia quando actus regulariter est prohibitus (prout est commissio auocatoria in prima instantia) & in aliquo casu ob specialem causam permissus, debet ipsa causa exprimi, & probari, de quo hac 2. p. c. 30. §. 2. à n. 25. & superius.

Atque etiam cum recessus ab Ordinario aliter fieri nequeat, & nisi ipso recutato, haec fundamentalis qualitas, & solemnitas adesse debet tempore recessus, & impetratae commissionis, quia qualitas requisita ad actum vel ante actum, si eo tempore, vel ante actum non adsit; actus est nullus. Gutierrez conf. 44. n. 7. Zaballos commun. contra commun. q. 693. ex n. 7. Perez de Lara n. 85. & 86. quam plurimos alios congerit Giurba conf. 99. à n. 9. cum seqq. & qualitas adesse debet tempore quo dispositio applicatur ad actum, plura per doctissimum Valencuela Velazquez conf. 105. à n. 33. cum seqq. & in conf. 12. n. 78. tom. 2. vbi quod qualitate, cuius respectu sic actus, deficiente corrumpitur, & in conf. 191. à n. 8. cum multis seqq. eodem tom. 2. vbi quod qualitas delatiua iurisdictionis, sine qua index procedere non potest, debet ante omnia constare.

Nec sufficit, quod recusatio interueniat post actum, & aut post illum superueniat, quia eo tempore nihil prodest. Cephalus conf. 171. n. 14. tom. 2. argumento c. si eo tempore, de rescriptis, c. 6. l. 1. ff. de excessu. tutor. l. si quis mihi, §. iussum, ff. de acquir. heredit. Ioannes Gutierrez conf. num. 14. & 15. Rebuffus conf. 38. n. 17. D. Valencuela conf. 123. n. 39. tom. 2. idem Gutierrez conf. 44. n. 4. Anna singul. 232. Patius de rescriptis lib. 4. q. 1. n. 14. & q. 2. n. 15. & conf. 52. n. 36. tom. 4. Martus Giurba dist. conf. 99. sub num. 11.

Deinde quoniam haec commissio fuit impetrata sub falso supposito, & super reculatione Ordinarij, quae non stabat, atque ideo nulliter, quia commissio impetrata super non ente corrumpitur, & omnia inde sequuta pariter vitiantur, vti super commissione, & principio infecto, quae nullam tribuit iurisdictionem, sicuti post Marchesinum, Ruginellum, Gratian. Scacciam, Farinac. Lancel. & alios abundè diximus infra c. 3. à n. 56. cum multis seqq. vbi de commissione super appellatione, quae non stabat, & vel quae interim fuit resoluta per tacitam renuntiationem, & à n. 59. quod commissio impetrata super appellatione à sententia nondum lata corrumpitur, & sit nulla ipso iure, de quibus etiam diximus in c. 19. à n. 12. & seqq. & c. 26. à n. 38. vbi plura reperies, quae rectè omnia conducunt praesenti difficultati.

Nec ista commissio (cum nulla sit tam ex defectu subscriptionis Sanctissimi; & quam ex defectu essentialis fundamenti, prout est recusatio praecedens, ex hactenus comprobatis) potest esse impedimentum, quominus Ordinarius, postmodum reculatus

recusatus ab impetrante, & legitimam reperta causa recusationis, possit uti iure suo, vel nominatio alium iudicem de consensu partium, vel causam remittendo ad Superiorem, ut de ea cognoscat, iuxta superius dicta à principio huius c. 5. quoniam mediante nullitate impetrationis, res est integra, & redit ad suum priorem & primordiale statum, cum omnibus suis qualitatibus, iuxta quae copiose dicta sunt hac 2. p. cap. 19. per totum.

Quibus itaque suppositis constanter affirmandum erit; et commissionem impetratam à Sede Apostolica ob recusationem Ordinarij (quae nec opposita fuit, nec legitime probata, nec praecessit ipsam commissionem) esse nullam ipso iure in prima instantia, siue subscripta sit propria manu Sanctissimi, siue non: quia cum tota fundetur super non ente, tota nulla est ipso iure, quod abunde fundatur infra hac 2. part. cap. 12. à num. 45. cum multis seqq. cum nempe ex alio capite nulla fuerit etiam de iure communiti tanquam impetrata super non ente ex haecenis comprobatis: quia subscriptio non sanat caeteras nullitates, aliunde ex iuris dispositione provenientes & causatas, quia Concil. Trident. aliis requisitis de iure communi ad expeditionem commissionis hoc subscriptionis amplius addit, & ad augmentum inducitur non debent diminutionem operare, l. si à milite, §. 1. de milit. rest. l. si Rufinus. C. eodem, l. legata inutiliter, de legat. l. l. cum tate, de condit. & demonstrat. l. si mancipia. in princ. ff. de fund. instrum. de quo plura exemplaria possimus reddere, ut de scriptura solemniter eum Tabellione, & testibus requisita, si tamen fiat à minore, vel pupillo sine curatore, & tutore, quid prodest solemnitas: Vel de conueto quid proderit praesentia & solemnitas Curatoris, si deficiat aliquis testis Scripturae: & sic de similibus, de quibus abunde in commentarijs de Regia protell. 3. part. c. 9. à num. 196. cum multis seqq. Ac per consequens prima Ordinarij instantia erit intacta, & illaesa, ex Concil. Trident. illam praeservante, veritateque recessum ab Ordinario ante recusationem; ex quo sequitur, quod si index delegatus nihilominus insistat in commissionis usu & exercitio, aditus Senatus per viam violentiae, commissione retenta, Ordinario remittet causam, ut coram illo tractetur, & discutatur.

Illud tandem in hoc erit articulo adnotandum, quod post factam à Senatu remissionem cause in prima instantia ad Ordinarium (eo quod minus legitime fuisset auocata) licite poterit ipse impetrans comparere coram eo ante omniam illam recusare: & legitime probata recusatione, per arbitros declaratum suspectum, nouam aliam de nouo commissionem impetrare etiam non subscriptam, ut alius index delegatus liberè, & absque obstaculo Concilij Trident. queat de causa cognoscere in prima instantia, quod indubitabile est: nec erit inutile simul adhiberi cautelam ab eo, qui virtute remissionis Senatus comparet coram Ordinario, nempe protestando ex eo non consentire in eius iurisdictionem; & salvo iure suo dicendi, & excipiendi contra eam, aut personam Iudicis Ordinarij.

Et denique quae diximus de praecisa ostensione recusationis in Senatu et ad euitandam

causa remissionem ad Ordinarium tunc merito cessabunt, quando in ipsis litteris auocatorijs expresse narratur, & affirmatur recusatam fuisse Ordinarium, & de eius recusatione facta ostendisse Oratorem impetrantem per authenticum testimonium, vel aliter affirmetur per narrationem, & assertionem Papae in eisdem litteris suis Apostolicis de recusatione facta legitime constituisse, quia tunc indubie haec assertioni Papae, quae non refertur ad narrationem impetrantis, pura quando dicit, ut asseritur, ut asserit, &c. Standum erit in Senatu. Nisi manifeste doceatur de falsitate narrationis impetrantis commissionem hanc in prima instantia, & ad facilis obtinendam illam, vteretur calliditate ad decipiendum Papam, aliter atque propriae Papae assertioni standum erit, ad late tradita infra hac 2. p. c. 30. §. 2. à num. 52. cum multis seqq. vbi etiam diximus hanc fidem non dandam assertioni Iudicis, vel Notarij, pro vbi ibidem latius de re hac, & aliis similibus per te discernere poteris.

Sed quid erit dicendum, quando facta iam declaratione per arbitros, et causam recusationis Ordinarij esse legitimam, & actor ob id impetrat à Sede Apostolica commissionem non subscriptam (quae subscriptione tunc non indiget) & antequam usus fuerit dicta commissione, Ordinarius recusat eorundem, vel decedat, an eius successores recuperabit iurisdictionem, cum in eo esset causa recusationis, & res adhuc sit integra, ita ut ad eandem successorem sic faciendae causae per Senatum remissio: latissime disceptatur, & resolutur infra hac 2. p. c. 19. per totum.

§. SECVNDVS.

An per appellationem ante diffinitiuam ab aliquo grauamine, etiam extra iudiciali appellabili possit ad Ordinarium recedere in prima instantia?

SVMMARIVM.

Archiepiscopi in causis suorum suffraganeorum nequeunt se intromittere, nisi sint legitime per appellationem ad eos deuoluit, num. 1.

Idem in Legatis de latere, & Nuntijs Apostolicis, num. 2.

Appellatio non debet recipi per Superiorem in prima instantia, nisi à diffinitiuam, vel diffinitiuam vim habentibus, &c. Nec expediri inhibitionem, n. 3.

Declaratio amplissima, & singularis S. Congregatio refertur circa competentijs Ordinarij, & Superioris in admittendis appellationibus in prima instantia, à num. 4.

Lex nona idem disponens quod in commune, recipit omnes easdem declarationes, ampliationes, & limitationes quas in commune, n. 5.

Nuntij, nec Archiepiscopi possunt cognoscere de causis pendentibus coram Ordinarijs quibuslibet inferioribus, nec auocare nisi per viam legitimam appellationis, num. 5.

Extimere appellatorem nequit Superior ab inferioris iurisdictione quoad alias causas, num. 6.

Gruamen quando dicitur habere vim diffinitiuam, damnum irreparabile, vel praedudiciali causae principalis late remissum, num. 7.

Superior ad quem quando tenetur remittere iterum causam Ordinario, num. 8.

Index

index appellationis, an possit committere causam cum clausula vna cum tota causa principalis) sicut nona dispositio Trident. n. 9. remissive.

Ab actu extraiudiciali gesto per Ordinarium, an per viam appellationis licite recedatur ab eo in prima instantia, num. 10.

Vbi celebres referuntur declarationes S. Congregationis affirmatiue resolutives.

A collatione per appellationem, aliove grauamine extraiudiciali euasit prima Ordinarij instantia, num. 11.

De natura, effectibus, & processu, seu appellatione ab actibus extraiudicialibus, & qualiter fiant iudiciales, amissa prima natura late remissive, num. 12.



ARCHIEPISCOPI, & alij superiores Praelati nequeunt se intromittere in causis subditorum suorum suffraganeorum, quia non sunt Ordinarij ipsorum, nec iurisdictionem in illos exercent, nisi in causis ad ipsos deuolutis per appellationem legitimam, & à legitimo grauamine, tunc enim possunt licite in eis procedere non alias, & an aliquibus casibus specialibus, iuxta text. in cap. personalis, in princ. & ibi communiter Doctores, de Officio Ordinarij, & probant Spino de testament. gloss. 15. num. 34. & 40. Segura in suo directo iudicium Ecclesiastic. 2. p. cap. 15. num. 5. Pater Ledesma de matrim. quaest. 45. artic. 5. puncto 3. paulo ante dub. 4. Manuel Rodriguez in summa 1. tom. in 2. edit. cap. 219. num. 16. Thomas Sanchez de matrimon. lib. 3. disp. 28. num. 3. & in terminis huius decreti 20. sess. 24. Reformation. Concil. Trident. decilum refert Aloysius Riccius in decis. Curia Archiepiscopali Neapol. decis. 196. num. 5. part. 4. Barbosa in Pastoralis tom. 2. alleg. 81. sub num. 2. Pafsequius in praxi Episcopali, 2. part. cap. 4. n. 1. & seqq. vbi loquitur etiam de Legatis à latere, & Nuntijs Apostolicis.

Et indiuidualiter probat Decretum Trident. in dict. cap. 20. ibi: Nec appellationes et ab eisdem interpositae per superiores quousumque recipiantur, eorumque commissio, aut inhibito fiat, nisi à diffinitiuam, vel à diffinitiuam vim habente, & cuius grauamen per appellationem à diffinitiuam reparari nequeat, &c.

Et est optima declaratio Sanctae Congregationis ad declarationem eiusdem Decreti, et quam Nos post alios ad litteram retulimus, de Regia protell. 2. part. cap. 1. à num. 247. quae à principio sic ait.

Ad tollendas ambiguitates, quae inter appellationem, & prius instantiam iudicis non sine partium dispendio, iustitiae impedimento, & saepe cum scandalo oriuntur. Sancta Congregatio cum Episcoporum proposito facta prius relatione Sancti. D. N. Clement. VIII. ac de Sanctitatis sua mandato, vna vocis Oraculo desuper habito in hunc, qui sequitur modum; ab omnibus, ad quos spectat in postmodum fieri, ac seruari debere, mandauit, & mandata: Metropolitanis, Archiepiscopis, et Primates, Patriarchae suffraganeos, eorumque subditos non iudicent, nisi in casibus à iure expressis, item nec alij superiores etiam Nuntij, vel Legati de Latere specificam facultatem maiorem non habentes, causis in Curia Ordinarij, vel aliorum inferiorum iudicium pendentes ad se aduocem, nisi per viam legitimam appellationis ad ipsorum Tribunalia

deserantur, tunc appellantes ab inferiorum iurisdictionibus, et quoad alias causas eximere non possunt, &c.

Et in dicta declaratione late prosequitur, quando dicitur legitima appellatio, nempe emissa à grauamine habente vim diffinitiuam, vel continentem damnum irreparabile per diffinitiuam, vel grauamine praedudiciali causae principali: vbi aliqua redduntur exempla, & dantur aliae formae admittendae huiusmodi appellationis per superiores praedictos; sed quia de singulis latissime tractauimus multa seculo dignissima ad latorem explanationem, seu potius exemplificationem praedicti Decreti 20. Concil. Trident. in tract. de Reg. protell. 2. p. c. 1. per totum, hic omitto, contentus te ad illud remittere.

Et in eadem 2. p. c. 17. per totum, & signanter n. 7. & 8. tractauimus, quando et superior ad quem est appellatum ab Ordinario ante diffinitiuam; teneatur iterum ad hunc causam remittere stante dicto Decreto Trident. vbi duas declarationes S. Congregationis adduximus, nihil in hoc innovantes ius commune, distinguentes inter iustitiam, & iniustitiam appellationis, ut in primo casu possit superior causam penes se retinere principalem in prima instantia; in secundo autem quando iniustam appellationem, & non adesse grauamen declarauit, minime posse causam principalem retinere in prima instantia petente ad Ordinarium ex Decreto Trident. in dict. causa omnes, pro ut latius ibidem videre poteris, vbi articulus iste accurate examinatur; & Nos referens notissime sequitur Domini, Ioan. Baptistae de la Rea in decis. Granatens. Senatus disp. 6. n. 20. & Narbona in l. 9. tit. 4. lib. 2. Ricop. gloss. 1. n. 180. tom. 3. Et an possit committere praedictam appellationem et cum clausula vna cum toto negotio principali, videbis in d. c. 17. à num. 11. & seqq. ad quae te remitto, quibus vnaque ad refectionem repeties omnia quae hic deficiunt.

Vnum tamen non omitiam indagare, an quando Ordinarius in aliquo negotio et processit extraiudicialiter, à cuius grauamine sic extraiudicialiter illato poterit ad Superiorem appellari, ita ut amplius in forma iudicij, & in prima instantia iudiciali Superior, & non ipse cognoscat, ita ut ex actu extraiudiciali factis factum dicatur dispositioni Trident. alias praeservantis primam instantiam omnium causarum Ordinarij: quam difficultatem, quia absolutum reperio per sanctam Congregationem Concilij; vltimus non disputabo, quae in haec ait: An Decretum Concilij sess. 24. c. 20. in principio, locum habeat, quando Ordinarius, extraiudicialiter procedendo, grauat partes, ad id ut liceat partibus à tali actu extraiudiciali ad alios superiores iudices appellare, seu reclamare, quatenus ius id permittat, sed omnino causam grauaminis in prima instantia coram eodem Ordinario cognosci debeat? Congregatio censuit, hoc casu non habere locum Decretum Concilij, & ibidem iterum: Cum Vicarius Coimbrensis deputasset quendam Beneficiatum Ecclesiae Sancti Jacobi in illius Parochiam, Beneficiatus, ab irreparabile damnum, et praedudiciali appellauerunt, et cum de causa committenda ageretur, oppositum fuit: quod causa deputationis coram Ordinario eodem tractari deberet, Beneficiatus vero respondentibus, Decretum, c. 20. non habere locum, vbi Ordinarius extraiudicialiter procedendo grauat partes, res delata est ad Congregationem Concilij.